Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



104

Et ueritas mea & misericordia mea cũ ipso.
& in nomine meo exaltabitur cornu eius.
Et ponam in mari manum eius. & in flumini
bus dexteram eius.
Ipse inuocabit me pater meus es tu. dꝰ meus.
& suscceptor salutis meae.
Et ego primogenitum ponam illum excelsũ
pre: regibus terr: e.
In aeternum seruabo illi misericordiam meam.
& testamentum meum fidele ipsi.
Et ponam in sæculum sæculi semen eius.
& thronum eius sicut dies cęli.
Si autem dereliquerint filii eius legem meam
& in iudiciis meis non ambulauerint.
Si iustitias meas profanauerint. & mandata
mea non custodierint.
Visitabo in uirga iniquitates eorum. & in uer
beribus peccata eorum.